

& cum possessionibus Domus Dei Ast, L. S.
& cum dedicatis, quæ possessiones Domus
Dei erant registro.

Ecclesia S. Mariæ de Castello	120.	
Ecclesia S. Syri Humiliatorum	13.	
Ecclesia S. Joannis de Bannis	9.	
Ecclesia S. Joannis de Bannis	4.	10.
Ecclesia S. Stephani de Beccariis	1.	
De Bergolio		
Ecclesia S. Mariæ de Burgolio		
Ecclesia, sive Monasterium S. Petri de Burgolio	16.	5.
Ecclesia S. Ioannis Hospitalis de porta Alexandriæ	8.	
Ecclesia Trinitatis de Burgolio	4.	15.
Ecclesia S. Stephani de Burgolio		10.
Ecclesia S. Michaelis de Pozzolascho		10.
Ecclesia S. Christophari de Burgolio	2.	
Ecclesia domus S. Margaritæ, quon- dam Episcopali	20.	
Ecclesia S. de Bergolio	3.	
Ecclesia S. de Bergolio	1.	
Ecclesia S. Petri		
Ecclesia S. Joannis Hierusalem de Solerio	9.	
Ecclesia S. Dalmatii de Quargneto	10.	
Ecclesia S. Nazarii de Apiano	5.	
Ecclesia S. Martini de Gambono	1.	
Ecclesia S. Eusebii de Burgaro	1.	
Ecclesia S. Nazarii de Miliarinis	2.	
Ecclesia, sive Hospitale de Ponterotto de Quargneto	2.	
Ecclesia S. Blaxii de Cavagnasco de Quargneto	5.	
Ecclesia, sive Laborerium vallis Amo- zoia de Quargneto		
Ecclesia, sive Domus S. Joannis Hieru- salem de Quargneto		
Ecclesia S. Ambrosii de Felizzano		
Ecclesia S. Eusebii de Lu		
Ecclesia S. Petri de Fiblinis		
Ecclesia S. Christophari de Fiblinis		
Ecclesia, sive Domus S. Joannis Hieru- salem de Fiblinis		
Ecclesia S. Mariæ de Pelio de Cuccaro		
Ecclesia, sive Domus S. Joannis Hie- rusalem de Cuccaro		

MCCCLV. Incarn. VII. januarii reaptatum, &
correctum fuit extimum supradictum Ecclesiarum
per correctores ad hoc electos per Clerum Alexan-
driæ, existente civitatis Alexandriæ
D. Francisco de Puteo, & fuerunt correctores
infra scripti D. Puteo præceptor Domus S. Joan-
nis Hierosolimitani de Ripa, & de Alexandria,
D. Cattaneus de Alice de Guaschis canonicus majoris
Ecclesiæ Alexandriæ, D. F. præpositus
Domus S. Joannis Humiliatorum de Capuccio de
Alexandria, D. F. Petrus de Mulamno Prior Ec-
clesiæ S. Jacobi de Gamundio de Alexandria. Sum-
ma hujus extimi est super tot librarum octo centum
quingenta novem, solidi sex (1).

(1) Summa hic contenta efficit libras 770. s. 17. 60
In multis vero Ecclesiis numeri evanuerunt.

Investitura de decimis S. Juliae, & Niose
Bonifacio Manfredo, Georgio MM.
de Carreto .

M C C C L I X.

308

Annō Domini MCCCLIX., indictione XII., die
XII. junii in castro Bestagni, præsentibus Ven.
viris Francisco Archipresbitero plebis de Conchis,
10 Thomoegno Archipresbitero plebis de S. Julia,
circumspectis viris DD. Antonio Testadoro utrius-
que jurisperito, Antonio Baudezono de Bestagno,
& Blaxio de Feno iudice Papiensi, & Antonio de
Boxio de Spigno testibus ad præmissa vocatis, &
rogatis. Cum nobilis vir D. Bonifacius ex Marchio-
nibus de Carreto suo proprio nomine, & tamquam
procurator, & procuratorio nomine, & conjuncta
persona fratrum suorum DD. Manfredi, & Georgii
una cum ipso D. Bonifacio Domino castri, & villæ
20 S. Juliae Aquensis diœcesis, pro quibus fratribus suis
ipse D. Manfredus promisit de rato, accessisset per-
sonaliter coram Rev. in Christo P. & D. Guidone
Dei gratia Aquensi Episcopo, & Comite, humiliter
supplicavit eidem, ut ipsum D. Bonifacium suo
nomine, & quo supra dignaretur investire de deci-
ma, & jure decimandi hominum, & personarum
locorum S. Juliae, & Niose, sicut prædecessores
dictorum Dominorum fuerunt investiti per tempora
retroacta ab Aquensi Ecclesia, & per Rev. Patres
30 Dominos quondam Episcopos prædecessores ipsius
Domini Episcopi offerens se paratum idem D. Bo-
nifacius suo nomine, & quo supra occasione dictæ
decimæ facere, & jurare, ac attendere eidem Do-
mino Episcopo, & successoribus suis debitam, &
veram fidelitatem, sicut apparet prædecessores ipso-
rum Dominorum fecisse, & jurasse prædecessoribus
Domini Episcopi supradicti. Ecce quod præfatus
Dominus Episcopus annuens supplicationi ipsius ha-
bens plenam, & veram informationem, quod illæ
40 decimæ de S. Julia, & de Niose fuerunt antiquum
feudum, & antiquitus infeudatæ, & investitæ per
prædecessores suos Dominos dicti loci, viso primo
uno instrumento facto manu Joannis Bestagni No-
tarii sub anno Domini MCCCVIII., indictione XI.
die XIII. maii in quo continetur, quod D. Tho-
mas de S. Julia juravit, & fecit fidelitatem Ven.
in Christo P., & D. Oddoni Dei gratia Aquensi
Episcopo ejusque catholicis successoribus de parte
decimæ, & decimationis villæ de S. Julia, & de
Niose, quam ipse, & antecessores sui habuerunt,
& tenuerunt ab Aquensi Ecclesia, & quæ prove-
nire deberet pro hereditate ipsius D. Thomæ, de
qua decima, & decimatione idem Dominus Epi-
scopus per se, & per suos successores ipsum D.
Thomam legitime investivit. Et inde viso alio in-
strumento facto manu Goslini de Baudezonibus No-
tarii sub anno MCCCXVII., indictione XV., die
XV. mensis aprilis, in quo continetur, sicut Ven.
Pater Dominus O. Dei, & Apostolicæ sedis gratia
Aquensis Episcopus investivit D. Manuellum de
S. Julia Aquensis diœcesis suo nomine, ac nomine
fratris sui Henriceti, & Joannini nepotum suorum
de tertia parte dictæ decimæ S. Juliae, & Niose
dictæ